Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

singulorum prodest. Adest electis/ gratia pie protectionis.
qua illos speciali prosecutus dona vel flagella. qui
filios pater erudit. atque ad possessionem future hereditatis erudiendo producit. Adest electis/ ut scriptum
est. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde/ et humiles spiritu salvabit. Adest reprobis/ ut permissu et voluntate dei suis faciendis malis ut possint deterrere memoriam eorum. Unde necesse est ut semper in operibus
nequitiae pereant malis/ quorum etiam cogitationes singulae/ conspectui districti iudicis patent. Et emper
in operationem iustitiae. et in his quae pater iustitiae
patrantur/ gaudeant bonis. quibus dei diligentibus
omnia cooperantur in bonum. et in quantacumque tribulationem positis. in quibus eius pietatis abest/ nil tentatur in psalmo. tibi enim derelictus est pauper. pupillo tu eris adiutor. contere brachium peccatoris et maligni. Quia pietatis suae presentiam. non tantum nobis ubique promisit/ sed et credentibus designavit
iudicium. et post resurrectionem suam discipulis sepius usque ad diem quo celos petiit apparuit. eorque animos admonendo/ increpando/ spe sua donando/ roborando. Equidem apparitionibus/ decem solummodo in evangelistarum scriptis memoriae/ sed plures fuisse docet. apostolus dicens. et
resurrexit tertia die secundum scripturas. et visus est cephae/ et post hoc undecim/ deinde visus est
plusquam quingentis fratribus simul/. deinde visus est iacobo/ deinde apostolis omnibus. Novissime autem omnium/ tamquam abortivo visus est mihi. Rubrum eum locus. vel temporibus. facte sunt visiones/ quas commemorat. ignoramus. tantum scimus. quia

41